Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ait de lapide reprobato · ab edificantibus · & facto in caput anguli ·
ita illatum est · ut hoc testimonio conuincerentur illi parabo
le contradicentes · Nam & ipse matheus hoc sic commemorat
dictum tamquam contradicentib' eum ait · Numquid legistis
in scripturis · lapidem quem reprobauerunt edificantes · hic fact'
est in caput anguli · Quid est enim numquid legistis · in qua
hoc responderant quod erat contrarium · hoc & mare' significa
at · qui hec ipsa uerba ita refert · Hec scriptura hanc legistis ·
lapidem que reprobauer' edificantes · hic fact' est in caput anguli ·
Que sententia secundum lucam magis apparet loco suo dicta · p' illor'
contradictionem · qui dixerunt · absit · Tantumdem enim
ualet sicut hoc etiam ipse ponit · quid est & hoc quod scriptum est
lapidem quem reprobauer' edificantes · hic fact' est in caput
anguli · hanc enim sententiae uoluntatem intimat · siue nunq'
legistis · siue nec hoc legistis · siue quid est & hoc quod scriptum est ·
Restat & ut intelligamus in plebe que audiebat quosdam
respondisse · quod mathe' comemorat dicens · aiunt illi · malos
male perdet · & uineam suam locabit alius agricolis · quosdam u
illud quod lucas non tacuit · hoc est · absit · His & qui illud
dno responderant illi alij responder' absit · si illor' responsio
quibus isti retulerunt · absit · ppter dno tributae · & amaro
& aduca · quia sicut dixi p eos ueritas ipsa locuta est · siue presci
entes si mali erant · sicut p caypham qui nesciens qd dixerit cum
esset pontifex pphauit · siue p scientes aciam intelligentes atq;
credentes · ibi enim erat etiam illa multitudo p quam iam erat
impleta pphia · cui uenium in magna celeritate occurren
tes acclamare · benedict' qui uenit in nomine dni · Hec mo
ueat quod ide matheus principes sacerdotum & seniores ppli
dixit accessisse ad dnum · & questiunisse in qua potestate hec fa